Quaestio medica Quodlibetariis disput. agit.da In Scholis Medic. die Jovis 14 Januar. 1574.

M. Sulpitio Rigaut D. M. Moderatore studentiss.

Estne aliquid Divinum In Pestilenti, et Venerea lue ?

Cum Deus ministerio causarum non modo naturalium quarum effectus ordinarii semper aut plerumque fiunt, verum etiam supernaturalium, quarum extraordinarii et rari sunt eventus, nobis et universo prospiciat. Nostro autem intellectus ad causas contingentes perspiciendas non raro caligat, si non plane coecutiat, non est dubium multa hic esse, et fieri quotidie, quae quod superent sapientiorum judicia, non absurde Divina nuncupantur: hujusmodi est pestis quae contagione volitaria, arcana quadam antipathia nostram spiritum invadit.

Contagio est excretionis morbidae communicatio; communicatur autem non promiscue sed analogo duntaxat, insinuata, assumpta per eundem morsum, ictu, transpiratione, per oculos fascinosos emissa, quae quo subtilior, eo mobilior et ocyus cor invadit, plurimosque perimit. quod si forte in corpus non analogum, quale est temperatum quod superfluis vacat, et optimo spiritu fruitur perveniat. Illud quidem vel omnia quaque mathematico contactu afficit, neque physico neque metaphysico inficit.

Aër immotus vel graveolentia expirationes foetore putredinis, stercorum insolentium, et maligno influxu alteratus, vel occultiore et sublimiore causa tota substantia corruptus pestis seminaria concipit, quae se produnt spiratione magna, frequenti, foetida, pulsu parvo, crebro, urina aquosa, tenui, cum desectionibus syncopticis, putidis, sudoribus frigidis, syncope frequenti, inquietudine totius corporis, facie erysipelatosa, oculis flammeis, hypocondriorum tensione, et immoderata frigidi appetentia: quibus si superveniat delirium, si externa algeant, et livescant, aut abscessus qui forte in emunctoriis apparuerunt intro recurrant, funesta omnia.

Ab hac lue Piscibus ipsis infensa, quamvis vindicare nos possint aurae Aquilonis, insolatio, fragrantibus suffumigiis expurgati panis et rara spiratio, victus tenuis, exercitatio moderata, apathia, misanthropia, misogynia, alvus si sponte non solvatur, emendetur, aut leni catharctico sollicitata, odorata naribus admota, theriaca, mithridatium, bolus armena, nihil tamen certius fuerit, aut consultius quam ex Milvi volatu sumpto augurio quaerere solum quod a pestilenti aspectu et horoscopo dissideat.

Quemadmodum nunc lunaris purgatione reliquiae criticae excernuntur, exanthemata et exanthemata quae per cutem erumpunt vix aliud quam ista lue pondere resurgatis infectum, ita syphilidis inquinamentum infortunatorum astrorum aspectu in menstruo sanguine primum suscitata, per spiritus turgidi et ardenti perinde ex matrona diamnum pudica in eos potissimum insilivit qui sanguinem habent non impurum modo, sed aurae tam malignae et venenatae analogum. Cujus prodromi sunt corporis gravitas, dolor capitis, inquietudo, moeror sine causa, extremorum refrigeratio. Assessores symptomatis cancri, bubo, gonorrhoea, pathognomonici pustulae in capite, rhagades in pedibus et manibus, asperae apostemata, exostoses, atheromata, steatomata. Remedia expellentia non raro fortunam ponere quam arte reperta sunt. Occulta enim proprietate adversus venenum contagium, guaiacum, lignum, aut sarsa parilla decocto, tum litu ex hydrargyro pugnatur. Post his phlebotomia aut arteriotomia non neglectis perpetis, somno, bono, venere prohibitis, theriaca, bolo armena et mithridatio exhibitis, ista curatur.

Ergo In Pestilenti et venerea lue Inest aliquid Divinum.

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE

Ponebat Joannes Riolanus Ambianus. 1574.

Dom. Doct. Disputaturi.

M. Martinus Akakia — M. Henricus de Monantheuil — M. Guillelmus Robineau

M. Nicolaus le Sellier — M. Antonius Duval — M. Ludovicus Duret M. et Pr. reg.

M. Petrus de la Bistrade — M. Emmericus Arragon — M. Petrus l'affilé